

CONFIRMATIO.

Rom. I, 16.

Ὁυ γδ ἐπαιχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς Χριστοῦ δυνάμει γδ Θεοῦ ἵνα
εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστόνι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.

Non enim pudet me Evangelii CHRISTI: Potentia namque DEI
est in salutem omni, qui credit; Judæo primò, tum Græco.

In quò consistat Evangelium, docetur hîc. Appellatur Evangelium,
prout legi contradistinguitur, quod ex vers. 17. patet.

Virtus DEI dicitur, ut intrinseca vis Evangelii indicetur.

In salutem omni credenti. Non perniciem hominibus annun-
ciat, sed salutem & quidem omni credenti.

ANTITHESIS.

Notandi hîc

Omnis generis Hæretici. 1.) *Pontificii*, qui legem & Evangelium con-
fundunt.

2.) *Calviniani*, qui dicunt, Evangelium esse concionem poenitentiae
proprie.

3.) *Sociniani* & Novatores, qui dicunt, bona opera ad salutem æter-
nam requiri.

ARTICULUS XV.

DE

SACRAMENTIS.

APHORISMUS I.

Sacramentum est actio sacra & solennis, à DEO, per pecu-
liare institutionis verbum, in Testamento alterutrò
mandata, in quâ cum elementò divinitus determinatò
materiali & visibili, cœlestia bona & dona verè uniu-
tur, & vi promissionis divinæ signò Sacramenti annexæ,
offeruntur omnibus, qui secundum institutionem divi-
nam Sacramentum accipiunt, salutaris autem Sacra-
menti

Definitio
Sacramen-
ti.

menti